TABULA,

Exhibens quantitatem Opii, Antimonii et Hydrargyri, in Medicamentis quibuſdam compoſitis.

Vinum tartritis antimonii, in ſingulis unciis habet tartritis antimonii, olim tartari emetici, grana duo.

Tinctura opii, olim laudanum liquidum, fit cum opii ſcrupulis duobus in ſingulis unciis liquidi, ſive cum granis quinque in ſingulis drachmis. Tincturæ

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-135273-p0231-8
DFG

ræ autem drachma, ut liquoris evaporatione conſtat, continet opii grana circiter tria cum ſemiſſe.

Tinctura opii ammoniata, olim elixir paregoricum, fit cum opii granis circiter octo in ſingulis unciis liquidi; ſive cum grano fere uno in ſingulis drachmis.

Tinctura saponis cum opio, olim linimentum opiatum, et balsamum anodynum, fit cum opii ſcrupulo uno in ſingulis unciis liquidi.

Pulvis ipecacuanhæ et opii, olim pulvis doveri, in ſingulis drachmis habet opii grana ſex, ſive in granis decem, opii granum unum.

Electuarium catechu, olim confectio japonica, in ſingulis unciis habet

bet

bet opii grana circiter duo cum ſemiſſe: In granis enim centum et nonaginta tribus, habet opii granum unum.

Electuarium opiatum, ſive thebaicum, in ſingulis drachmis habet opii granum fere unum cum ſemiſſe.

Pilulæ hydrargyri, in ſingulis drachmis habent hydrargyri grana *quindecim*. Singulæ pilulæ habent hydrargyri granum unum.

Pilulæ opiatæ, olim thebaicæ, in ſingulis drachmis habent opii grana ſex. Pilula granorum quinque, habet opii granum dimidium.

Trochisci glycyrrhizæ cum opio, in ſingulis drachmis habent opii granum fere unum.

Un-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-135273-p0233-0

Unguentum nitratis hydrargyri fortius, in ſingulis drachmis habet hydrargyri grana quatuor, acidi nitroſi grana octo.

Unguentum nitratis hydrargyri mitius, in ſingulis ſcrupulis habet hydrargyri granum dimidium, acidi nitroſi granum unum.

Unguentum hydrargyri, in ſingulis drachmis habet hydrargyri grana duodecim ; cum duplice hydrargyro, drachma habet grana viginti quatuor.

Emplastrum hydrargyri, in ſingulis drachmis habet hydrargyri grana circiter ſexdecim.

INDICES.